



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 7. S. Paulus an percutienti imprecatus sit, vt vicißim percuteretur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

dunum, scribit, quosdam saltantes, rupto ponte alioqui firmissimo, aquis mersos esse. Simile quid, sub Rudolpho I. Traiecti contigit, vbi cum iuvenes & puellæ, viri & feminae choreas in ponte frequentes ducebant, & illac venerabile Christi Sacramentum deferretur, nullo in genua procumbente, pons decidit, & ducenti propè mortales perierunt. Nempe qui saltando peccarunt, luerunt quoque de ponte salientes, vt quia filiam Herodiadis in petulantia imitabantur, ei etiam in interitu assimilarentur.

## §. VII.

*S. Paulus an percutienti imprecatus sit, vt vicissim percuteretur?*

Sanctus Paulus, quod orationis initio Principem sacerdotum Ananiam nominatum non aliquo honoratiore titulo affectisset, vel tantam innocentiam professus esset, *Ananias precepit astantibus sibi, percutere os eius, cui illico talionem vaticinans Paulus dixit: Percutiet te Deus, paries dealbate.*

Act. 23: 2.

S. Augustin. 1. de Serm. in monte, 219.

Hæc verba docet S. Augustinus minus intelligentibus conuictum sonare, intelligentibus prophetiam esse. Nam tunc Apostolus serio, atque Apostolica quadam auctoritate, percussionis suæ authori interitum denuntiavit,

tum

tum ut eum abstereret, tum ne videretur  
Tribuno, qui aderat, contemnendus, quem  
à flagris sibi infligendis prohibuerat. *No-* S. Chryf.  
*uimus quidem,* ait S. Chrysoſtomus, *quòd de* hom. 6. de  
*hoc loco aliqui ſatisfacientes, loco prophetia ve-* laudib. S.  
*lint eſſe, quòd dictum eſt: nec culpo dicentes:* Pauli.  
*exenim iſtud euenit, ſicq; defunctus eſt.* Nam  
diuina inſpiratione ſciebat Paulus, quid  
Ananiæ euenturum eſſet, *nec decet cum Cai-* Ioan. 11.  
*pha Paulum hac in re comparare, qui quòd pro-* 51.  
*phetabat; nesciebat,* ait Carthufianus. Verat  
quidem Dominus, *ne quis malefacientibus* Luc. 6. 28.  
*malè faciat, aut maledicat maledicentibus,* vel Rom. 12.  
*imprecetur;* & ipſe Paulus idem præcipit, 14.  
& à ſe ſic factum ſcribit; tamen quandoq; 1. Cor. 4.  
*licet vtrumlibet Zelo iuſtitia, & iudiciaria pote-* 12.  
*ſtate, atq; ſine vindicta liuore, ſine odio.* vt D. S. Greg.  
Gregorius monet, & ſuppetunt in eodem l. 4. Mo-  
Paulo alia exempla, vt & in Petro, Elia, Ie- ral, cap 6.  
remia, alijsq; diuini honoris zelo inflam- 2. Tim 4.  
matis. Summus igitur ſacerdos Ananias, 14.  
paries dealbatus; *ita vt nomine forinſecus ni-* Gal. 5. 12.  
*teret,* ait S. Auguſtinus, *intriſecus luteis con-* Act. 13.  
*cupiſcentijs ſorderet,* quia S. Paulum percuti Act. 8.  
iuſſit, viciffim percuffus eſt, & quidem manu 4. Reg. 12  
Dei, in quam incidere horrendum eſt. Ma- Ierem. 12.  
nus enim omnipotentis omnipotens eſt. S. Augu-  
ſtin. de  
menda-  
cio 6. 150